Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



tu populum humilem saluum facies: et oculos
superborum humiliabis. Quoniam tu illuminas
lucernam meam domine: deus meus illuminat
tenebras meas. Quoniam in te eripiar a tempe
tatione: et in deo meo transgrediar murum.
Deus meus impolluta via eius: eloquia
domini igne examinata: protector omnium sperantium
in se. Quoniam quis deus preter dominum:
aut quis deus preter deum nostrum. Deus qui prec
cinxit me virtute: et posuit immaculatam viam
meam. Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum:
et super excelsa statuens me. Qui docet
manus meas ad prelium: et posuisti ut arcum
aereum brachia mea. Et dedisti mihi protectionem
salutis tue: et dextera tua suscepit me. Et di
sciplina tua correxit me in finem: et disciplina tua
ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos sub
tus me: et non sunt infirmata vestigia mea.
Persequar inimicos meos et comprehendam